



*S. Red.*

E libris  
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi  
a venerabili  
**Carolo Funk**  
theol. doctore et gymnasii directore  
a. 1857 hereditate relletis.

*G. f. 171.*

52

IRNERIUS seu VVERNERUS  
REDIVIVUS,

Cum ab  
ILLUSTRISSIMO ac CELSISMO COMITE  
ac DOMINO,

DN. ALBERTO  
ANTONIO,

SACRI ROMANI IMPERII QVATUOR-VIRO,  
COMITE SCHWARTZBURGI & HOHNSTEINI,  
DYNASTA ARNSTETI, SONDERSHUSÆ, LEUTENBERGÆ, LOHRÆ  
& CLETTENBERGÆ,  
COMITE ac DOMINO NOSTRO CLEMENTISSIMO,

V I R O

*Magnifico, longè Nobilissimo ac Excellentissimo Domino*

WILHELMO FRIDERICO  
WERNERO,

Juris-Consulto celebratissimo,

Comiti Palatino Cæfareo,

SERENISSIMI PRINCIPIS SONDERSHUSANI  
Confiliario haec tenus & Vice-Cancellario splendidissimo immortalique me-  
ritorum gloriæ florentissimo,

*Ditinis auspiciis*

FULGENTISSIMUM ILLISTRIS DICASTERII & SACRI SYNEDRII  
FRANCOHUSANI

DIRECTORIUM & PRÆSIDIUM

*clementissime conferretur,*

Et d. 6. Aprilis, Irenæo sacro, ille solenniter inauguraretur,

Cum' devotissimâ ac lætissimâ gratulatione

*Per*

HARMONIAM MUSICAM NOCTURNAM

*declaratâ,*

*adumbrauitus*

*et*

sequentibus Collegis Scholasticis Francohusanis

M. JOH. HOFFMANN / P. L. G. Rect. ERNEST. CHRISTOPH. Mörker / Quart. &  
JOH. VOLCKMAR. Grau / Con - Rect. JOH. GEORG. Schilling / Quint. (Cant.  
JOH. AEGIDIUS Grau / Tertius. ELIAS CHRISTOPH. Vogler / Sextus.  
JOH. GEORG. Hellwig / Septimus.

*anno, quo deoꝝ acclamamus:*

Magne Irneri, accedas prosperè!

ERFFURTI, Typis GEORGII HEINRICI MÜLLERA.

# JAMBICI QVATERNARII

I.

**I**RNERIUS revixit,  
qui Jura quondam dixit,  
totius orbis gloria,  
qui JURIS est LUCER-  
NA,  
eiusq; laus æterna,  
cantetur hinc victoria.

2.

Nam vota nunc vicerunt  
nobisque reddiderunt  
gratanter hunc IRNERIUM:  
Eusebies lætare,  
Themisque gratulare,  
gaudeque Phrontisterium.

3.

IRNERIUM cupivit  
Hunc; & sibi petivit  
noster pius LOTHARIUS,  
Qui jura conservaret  
& porrò propagaret,  
ui ille CANCELLARIUS.

4.

Lætare FRANCOHUSA  
tot prosperis perfusa  
præsente rursus tempore,  
quæs ut pius te David  
BEULBITZIUS beavit  
superfluento fœnore.

5.

His porrò tu frueris,  
illis nec excluderis  
per huncce PRIMIGERIUM:  
Hic fortiter tuendo  
BEULBITZIUM sequendo  
tuum struet pomoerium.

6.

Inane non est omen,  
nobis quod hoc dat nomen  
IRNERIUS prænobilis,  
servabit urbis jura,  
& verba Jovæ pura,  
erit nec unquam mobilis.

7.

Ecclesiæ Patronus  
& patriæ Colonus  
Scholæque firma destina  
Hic usque permanebit,  
& literas fœvebit  
Ecclesiæque semina!

8.

Excelsa SONDERSHUSA,  
quam laudat ipsa Musa,  
sæc necit hunc tot laudibus  
Ornare SAMUELEM, i. Sam. XII. 34.  
Verum NATHANAELEM, Job. I. 47.  
qui vivit absque fraudibus,

9.

Qui PRINCIPPI dilectus,  
Ipsius imò peccus  
semper fuit piissimo,  
Quem prædicant egeni,  
Quemque cœhunc sereni  
encomio dignissimo.

10.

Hunc etsi non libenter,  
tandem tamen clementer  
ad nos jubet discedere  
laudabilis TRAJANUS,  
Verusque CHRISTIANUS  
WILHELMUS, ortus æthere.

11. Di-

## II.

Divinitus vocatus  
non negligis meatūs,  
quos fata monstrant cœlitus;  
**LUX JURIS** ô WERNERE,  
IRNERIUS qui verè,  
spiras pios anhelitus.

## 12.

Dum post habes Affectus  
dulcesque tot complexūs,  
quibus SOCER TE retrahit  
Illustris ac AFFINIS;  
fatis tamen divinis  
se pium cor tradidit.

## 13.

Nil TE moratur horum,  
ad OPPIDUM FRANCORUM,  
(soli DEO vis fidere,) *auctor oculata*  
iter Tuum nunc flectis,  
morasque nullas necris,  
fausto, DEUS det! fidere.

## 14.

WILHELM E FRIDERICE  
WERNERE, sancta Dice,  
aveto nobis millies.  
Tu nostra spes manebis,  
nobis pīc favebis,  
omnesque posthac diliges.

## 15.

Felix sit hic ingrēsus  
felicior proceſſus,  
sit imò felicissimus,  
per splendidos hos fasces  
omnes satis complices  
nos entheis tot dotibus,

## 16.

Natura quas concessit  
Ulis frequens impreficit  
menti bonis in artibus  
Apollini litando,  
cautè peregrinando,  
& fulgidis in partibus,

## 17.

His dotibus frueris,  
speramus, ac uteris,

ô tota FRANCUM Civitas:  
defendet Hic SALINAS,  
si fortean ruinas  
tentet Theonis diritas.

## 18.

Nunc denuò lātare,  
tibique gratulare  
hoc de nitente Lumine,  
quod temet illustrabit  
ac largiter beabit  
beatitatis flumine.

## 19.

Devota vota funde  
fūspiriisque tunde  
mitis poli palatia,  
agnōce grata fata,  
qua dat Jehovæ gratia.

## 20.

Sis dives aut egenus,  
nunc esto votis plenus!  
novum venit SOTERIUM,  
curam Tui quod geret,  
Hoc omne punctum meret,  
novum vides IRNERIUM.

## 21.

IRNERII senectam  
nullis malis infectam  
Ipsi piè precaberis:  
Si JOVA complet vota,  
tunc CIVITAS ô tota,  
hinc ipsamet beaberis.

## 22.

Sic lātus ominatur  
devotus & precatur  
Rector Scholæ hoc poemate,  
ad TE, PATRONE, vadens  
& se Scholamque tradens  
Styli sed absque schemate.

## 23.

Noster pius conatus  
TIBI sit haud ingratus,  
quem suscipit devotio:  
adhuc sit unum votum,  
in quo calet cor totum,  
CeDat bene hIC proMotio.

ANNO.

Homer.  
Odyss. A.  
v.3.

## ANNOTATIUNCULA.

**I**RNERIUM & WERNERUM unum idemque esse, passim testantur Historiographi. Crügerus in catalogo mille virorum illustrium p. 171 Irnerius oder Wernerus, war ein fleißiger Jurist, sitemal er die Kaiserlichen Rechte/welche nach Absterben Kaisers Julianiani in Italien lange Zeit gleichsam unter der Banf gelegen waren anno 1134 aus Besitz Kaisers Lotharii wieder herin gefüchet / und zu Bononiens öffentlich zu lesen wieder angefangen hat / deshalb er auch Lucerna Juris genannt worden / für br dafelbst in hohen Alter anno 1190. Neochron. Thuring. cap. XV. p. 157. Nach Kaiser Heinrico V. wurde Römischer Kaiser Lotharius II. ein Herzog zu Sachsen / Herr zu Overfurt und Huyppenburg / wegen des Schach-und Brettspiels / darinnen er keinen Meister hatte / der Spieler genannt / daneben aber ein grund gelehrter Herr / und wurde zu gleich auch zum Ober- Lehn-Herrn über die sämtliche Thüringische Lande gemacht. Dieser ließ durch den Juristen IRNERIUM (Wernern) das Römische Recht in Institutiones, Pandectas, Codicem und Authenticas theilen / führte solches in hohen Schulen nebst den Gradibus Licentiarorum, Doctorum und Magistrorum ein / confirmte das Closter zu Walkenriedt u.

D. Matthia Theat. historico in Lothario cap. 2. p. 921. Lotharius per Juris consultum Irnerium sive Wernerum Cancellarium suum jus civile quod aliquot secula in Italia in tenebris quasi delituerat, & post Justinianum diu cessarat, singulari Dei consilio atineis & blattis liberator in lucem revocavit: qui Irnerius primus legibus glossas apposuit, & suo exemplo ceteris illuminandi juris exemplum dedit, unde *Lucerna Juris* dictus fuit & *instaurator legum Romanarum* cognominatus. Bononia jūs civile profleri cepit: Postea ex ejus schola prodierunt viri doctissimi, qui juris professionem in Italia conservarunt, & in Galliam transportarunt. Antea enim homines jure incerto utebantur, jure nempe Romanorum corrupto, jure item Longobardico & lege Salicā. Irnerius itaque autor sua sorte fuit Lothario, ut eadem vox legum congruens rationi & justitiae conformis in omnibus judiciis sonare & promulgaretur, & judices ex Romano jure de causis decernerent & pronunciasent. Lotharius princeps fuit religiosus, Sacerdotes ut partes honoravit, pauperes ut filios fovi, viduas ut matres. Hinc cœcorum baculus, esurientium cibus, spes miserorum, consolatio lugentium, referente Carolo Signio lib. 2. de regno Italie. Obit d. 6. Decemb. anno 1137. ætat. 67. Sepelitur in monasterio propè Brunsivum, quod instaurarat Königs Luther dictum. Ejus symbolum fuisse dicitur. Pauca cum aliis tecum multa ic. loquere.

Matthias Dreslerus millenario VI. p. 251. hæc de Irnerio habet: Lotharius in restaurandis iuribus Romanis ulus est consilio & studio Irnerii Jurisconsulti, hominis Germani, qui id temporis vicarius erat Imperatoris in ea parte Italie, que Imperio parebat, & jam ante Constantinopolij *juris interpres* audierat. Dicitur autem reperi se leges Romanas in Apulia, easque Pisanius dedisse, qui in palatio Medicis reposuerint Florentia, ubi nunc etiam afferventur. Et quoniam tunc obliteratae erant, nec absque interprete intelligi poterant, utrumque cura fuit Imperatori, ut & in Scholis illæ explicarentur, & in judicis usurparentur. Itaque IRNERIO seu WERNERO professionem juris Romani imposuit, qui Bononia id publicè interpretari cepit. In hac autem professione ardua & difficili tria adhibuit, quæ & amorem cognoscendi leges signatas accenderent, & ceteros ad imitationem industria inflammarent, ordinem scilicet & orationis lumen. Nam & leges concinnè distribuit, & Jurisconsultorum discrepantes sententias acri judicio conciliavit & in docendo sermonis genere usus est ad explicandum & illustrandum omnem sensum & usum juris accommodato. Quia propter *Lucerna juris* & *instaurator legum Romanorum* cognominatus. &c. *Vid. Epynomos criticus. Magist. p. 22. 401.*

Cancellariorum & Cancelleriarum Directorum nomina, qui intra seculi spatium, & eo diutius, hic Francohusa floruerunt, cum brevi vita descriptione hic subiungere ferebat animus, quia vero spatii angustia prohibet, alii scriptiunculae, Deo & die dante, reservabantur.



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.  
kotl. nicht vergeben!



56.

KOT

Ratio





52

IRNERIUS seu VVERNERUS  
REDIVIVUS,

Cum ab  
ILLUSTRISSIMO ac CELSISSIMO COMITE  
ac DOMINO,

# DN. ALBERTO ANTONIO,

SACRI ROMANI IMPERII QVATUOR-VIRO,  
COMITE SCHWARTZBURGI & HOHNSTEINI,  
DYNASTA ARNSTETI, SONDERSHUSÆ, LEUTENBERGÆ, LOHRAÆ  
& CLETTENBERGÆ,

ANNO NOSTRO CLEMENTISSIMO,

V I R O

ge Nobilissimo ac Excellentissimo Domino

# MO FRIDERICO ERNERO,

Consulto celebratissimo,

Comiti Palatino Cæfareo,

PRINCIPIS SONDERSHUSANI

ice-Cancellario splendidissimo immortalique me-  
ritorum gloriâ florentissimo,

Ditinis auspiciis

ILLUSTRIS DICASTERII & SACRI SYNEDRII  
FRANCOHUSANI

# ORIUM & PRÆSIDIUM

clementissimè conferretur,

Irenæo sacro, ille solenniter inauguraretur,

votissimâ ac lœtissimâ gratulatione

Per

# M MUSICAM NOCTURNAM

declaratâ,

adumbratus

â

us Collegis Scholasticis Francohusanis

C. Reft. ERNEST. CHRISTOPH. Mörker/ Quart. &

Con-Reft. JOH. GEORG. Schilling/ Quint. (Cant.

Erl. Tertius. ELIAS CHRISTOPH. Vogler/Sextus.

JOH. GEORG. Hellwig/ Septimus.

anno, quo devotè acclamamus:

ne Irneri, aCCeDas prospere!

Typis GEORGII HEINRICI MÜLLERI.

